



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 24. Hæc formula Interim a Protestantibus æque, ac a Catholicis rejecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI *qualiter populos regi oporteat. XX.*
A. C. 1548 *Mentio habetur de Episcoporum visitationibus. XXI. Præscribuntur Synodi Diocesane omni biennio, ac Provincialia Concilia singulis trienniis celebranda. XXII. Agitur de excommunicatione, monenturque Judices Ecclesiastici, ne anathema pronuntient, nisi in causis criminalibus, gravibus, ac mortalibus, necnon duntaxat in eos, qui alia via ad officium redigi nequeunt.*

§. XXIV.

Hæc formula Interim a Protestantibus æque, ac a Catholicis rejecta.

Steidan. initio lih. 21. pag. 736.

Hic igitur erat tenor percelebris illius decreti a Carolo V. editi, quod vulgo *Interim* dictum universam Europam tot, tantisque tumultibus agitabat; nam reprobabatur unanimi consensu non tantum a Catholicis, sed ipsi etiam Protestantibus, Cæsar tamen illius Auctores largis muneribus augebat; Islebius enim a Cæsare, atque a Ferdinando Romanorum Rege liberale donum ob navatam operam retulit: Michael vero Sidonius Episcopatum Merseburgensem in Saxonia postmodum consecutus est. Equidem disertis verbis cautum erat, ne quis hanc formulam impugnare præsumeret, plures tamen prodire libri, quibus hæc doctrina, necnon ipse

Pall. l. II. c. I. num. I.

ipſe libellus tanquam ſummopere pernicioſus damnatus fuerat. Accuſabatur Imperator a Catholicis, quod Religionem immutandi, ac propria auctoritate ſua tot Conciliorum, ac Pontificum ſanctiones evertendi poteſtatem ſibi arrogaffet: ut vero hoc *Interim* magis adhuc exoſum redderetur, collatum illud fuit I. cum percelebri illo Hexotico, ſeu unionis ediſto, quod Zenon Imperator Anno Domini quadringentiſimo octogefimo quarto a Petro Mongo Alexandrino Patriarcha, & Acacio Cæſarienſi Epifcopo inductus ediderat, ſi bique auctoritatem arrogaverat in fidei rebus decreta condendi, quibus ſpecie tenus Nicæni, Conſtantinopolitani, & Ephefini Concilii Canones auctoritate etiam profana firmarentur, re tamen ipſa Calcedonenſis Concilii auctoritati derogaretur. II. Comparatum fuit Cæſareum hoc *Interim* cum Ectheſi, ſeu expoſitionis ediſto, quod Heraclius Imperator Anno Chriſti ſexcentefimo trigefimo octavo promulgaverat, ut ſub ſiſto doctrinam a Monothelitis impugnatam defendendi obtentu ſenſim fidelium animis inſtillaret dogma eorundem hæreticorum, qui Chriſto Domino nonniſi unicam voluntatem adſcribebant. III. Hoc Caroli decretum haud abſimile dicebant *Typo*, ſeu formulæ,

O o 5 quam

Sæcul. XVI.
A. C. 1548.

Sæcul. XVI.
A.C. 1548

quam Constans Imperator Heraclii successor Anno reparatæ salutis sexcentesimo octogesimo quarto publici juris fecit, ac nec de una, nec de duabus Christi voluntatibus mentionem fieri præcepit, specietenus quidem, ut omnes hæretici ad Ecclesiæ unionem revocarentur, re tamen ipsa id fiebat, ut Christo Domino abnegaretur natura humana, cujus voluntatem suppressere gestiebant hæretici.

§. XXV.

Plures Scriptores Catholici hoc Interim impugnant.

Steid. lib. 21. p. 729
Spond. hoc ann. n. 7
Orland. Hist. Soc. l. 8. n. 55.
Primi omnium in Italia hanc credendi formulam damnabant Veneti, ac die decima nona Julii Anno Domini supra millesimum quingentesimo quadragesimo octavo Senatus decretum edidit, quo omnibus, & singulis inhibitum, ne vel unicum illius exemplar retinerent, indicta in transgressores pœna corporali, constituto autem præmio, ac securitate omnibus, qui ejusmodi reos manifestarent. Præterea adversus hunc libellum Romæ supremus Ordinis Fratrum Prædicatorum Magister nomine Romæus calamum suum acuit: in Galliis vero Robertus Cenalis Abriensis Episcopus hoc *Interim* impugnavit.